

presenti tu et tui heredes babeatis *etc.* Guadium quoque tibi dedimus nobis ipsis et dicto Riccardo de dionisio patre mei predicti Goffredi defensoribus *etc.* excepto censu tarenorum Auri quatuor et granorum quatuor pro eis debito anno quolibet heredibus palmerii de Sanctis, pro qua defensione *etc.* obligaverunt omnia bona sua, et specialiter Nos predicti Riccardus defensor et ego dictus Goffridus obligavimus vobis domum unam nostram orreatam quam habemus in pictagio Sancti Stephani civitatis Baroli iuxta viam puplicam iuxta domum Argiroy de notario nicolao filii qd. Malgerii iuxta Murum veterem civitatis Baroli et iuxta domum palmerii de Laurecta cum potestate capiendi *etc.* Iuravimus super Sancta dei Evangelia corporaliter tacta *etc.* Quod scripsi ego predictus Gualterius puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Bartholomeus q. s. Iudex.

† Nicolaus puplicus baroli notarius testatur.

† Iohannes de cantore puplicus Baroli not. test.

† Armagnus puplicus Baroli not. testatur.

N. 86.

A. D. 1299

(26 febbraio, Indiz. XII).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Gualterius de Benedicto not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. 0,40, larg. 0,23. Macchiata al centro, lacera nel piede.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Dominus Opizus</i> , vescovo di Canne, fittò a <i>Guillelmus de Risando</i> una pezza di terra dell'Episcopio cannese, per cinque anni, con l'imposta annua di salme $2 \frac{1}{2}$ di frumento su un totale di salme $12 \frac{1}{2}$. La detta pezza di terra, una volta nel tenimento di Canne oggi di Barletta, era nel luogo chiamato <i>Gructa Stimpagnata</i> . Si doveva tutta titolare nei suoi confini e i titoli avrebbero dovuto portare la solita insegna episcopale: la mitra.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.